

**DISPV TATIONVM PUBLICARVM || EX ETHICIS ARISTOTELIS || QVINTA || Quae  
est || DE || TEMPERANTIA || PROPOSITA || à || NICOLAE VVILLEBRANDO I. V. D.||  
& Philosophiae practicae professore publico,|| QVAM || In ... Academiae  
Rostochiensis Lycaeо || ... publicè defendendam suscipiet || IOACHIMVS  
BERINGIVS || Sundensis P.|| Ad diem 31. Martij hora 6. matutina in || auditorio  
magno.||**

Rostock: Reusner, Christoph aus Neustadt, 1599

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1786866102>

Druck    Freier  Zugang



N. Willebrand  
R. U. phil. 1599.



DISPV TATIONVM PVBLICARVM  
EX ETHICIS ARISTOTELIS  
**Q V I N T A**  
Quæ est  
DE  
**TEMPERANTIA**  
PROPOSITA

NICOLAO WILLEBRANDO I. V. D.  
& Philosophiæ practicæ professore publico,

Q V A M  
*In florentissimo Academia Rostochiensis Lyceo*  
DIVINA ASPIRANTE GRATIA  
publicè defendendam suscipiet  
**IOACHIMVS BERINGIVS**  
Sundensis P.

Ad diem 31. Martij hora 6. matutina in  
auditorio magno.



ROSTOCHII  
Imprimebat CHRISTOPHORVS REVSNERVS  
Anno Christi  
M. D. XCIX.

Rū phil. 1599 willebrand, Nicolaus





## THEMATA DE TEMPERANTIA.

I.



Vm virtutum Ethicarum communissima sunt  
Fortitudo & Temperantia, ut post illam, qua  
to θυμοτιθεσία seu irascibilem animae facul-  
tatem, qua militi comparatur, circa τα φοβε-  
σά και δαργαλέα moderatur & perficit,  
etiam hec, qua τὸ ἐπιθυμητό, seu concu-  
piscibilem potentiam, quo, quia & individuo  
& speciei consulit, Agricola assimilatur, circa  
corporeas voluptates gustu & tactu perceptas, recte se habere facit, ex-  
plicetur, ordinis rationi consentaneum esse videtur.

II. Et licet Temperantia etiam communiter seu impropriè  
pro quavis mediocritate, adeoq; pro omni virtute interdum ponatur;  
Nos tamen hoc loco de ea, quatenus propriè solet accipi, & circa vol-  
uptates duntaxat corporeas occupatur, agemus.

III. Eaq; ab Aristotele definitur, quod sit μεσότης των  
ήδονών & λύτων, seu virtus, qua mediocritatem servat in expeten-  
dis & fruendis voluptatibus, inq; perferendis illis doloribus, qui ex rei  
jucunda privatione animo concipiuntur.

IV. In hac definitiōne si genus respiciamus, convenit hec  
Virtus cum reliquo, differt autem à virtutib; sibi oppositis, si vero differen-  
tiā consideremus, convenit cum suis extremis, & differt à reliquo  
virtutib;.

V. Quod autem circa voluptates corporeas versetur Tempe-  
rantia, id probat eius contrarium, nempe Intemperantia, quam circa  
eiusmodi materiam versari & omnium consensu constat, & nos paulo  
post rationibus ostendemus.

1 2

6. Circa

**VI.** Circa animi voluptates igitur Temperantia non est occupata, cum propter eas nemo temperans vel intemperans appelletur. Nam quando animus delectatur honoribus & doctrina, φιλοτιμία καὶ φιλομάνεια dicitur, quando conversatione & colloquio hominum, virtus δημόσικὴ v. g. Urbanitas, Affabilitas &c. nuncupatur, quando acquisitione opum & amicorum prosperitate, Frugalitas & humanitas appellatur.

**VII.** Sed nec circa omnes corporis voluptates versatur Temperantia vel Intemperantia. Cum enim quinque sunt sensus exteriores, qui per organa corporis objecta percipiunt, ex eaq[ue] perceptione vel delectantur vel contrastantur, circa eas divitiae voluptates, quae homini cum bruis sunt communes, quoque gustu & tactu, non autem circa eas, quae visu, auditu & odoratu percipiuntur, Temperantia propriè dicta est occupata.

**VIII.** Eisi enim bruta etiam his tribus sensibus, visu nempe, auditu, & odoratu iuntur; Non tamen horum sensuum jucunda affectione ducuntur per se, sed per accidentem tantum, quatenus nimis horum affectio phantasiam excitat tactilis aliquius aut gustatilis voluptatis. Nam canis leporum odore non per se delectatur, sed propter futuram prædam, qua famem sublevet. Sic Darij equus voluptatis præterita recordatione eo in loco, ubi proceres Persarum convenerant, primus bimire cepit. Leo mugitu bovis gaudet, quia escam adesse ipso auditu percipit. Neque enim si viderit vel audiverit bovem, cervum, vel sylvestrem capram, voluptate aliqua afficitur, nisi quia cibum inde habiturus sit, quo vesecatur.

**IX.** Et licet homo horum sensuum usū interdum per se delectetur, non autem propter gustum vel tactum, cum puritate aeris visus, harmonia auditus, odore rosarum, pomorum, sufficiunt, odoratus per se delectentur; in ipsis & mediocritas, & nimium & parum detur: Quia tamen huiusmodi voluptates nobis cum bruis non sunt communes, atque in ipsis raro etiam & non tam etiam enormiter peccari solet, circa eas temperantia propriè dicta non versatur.

**X.** Cumque etiam gustatus minus homini communis sit cum bruis, siquidem hec non saporum gustatu per se delectentur, sed propter alienum, quod gustatu explorarunt, contactum: ob id etiam circa voluptates gustu perceptas Temperantia minus versatur.

**XI.** Namque

X I. Namque sapore*s*, de quibus iudicat gustatus, non tanm per se, quam propter  $\alpha\pi\delta\lambda\alpha\sigma\tau\mu$  seu fruitionem & adeptionem eius quod desiderant corporis, qua  $\alpha\pi\delta\lambda\alpha\sigma\tau\mu$  non nisi per tactum coningit, delectant, ut proprie*a* voluptate gustus quis perfundatur non tanm per se, quam propter tactum, & proinde gustatus veluti pincerna & explorator esse videatur ip*s*ius tactus. Vnde philoxenus belluo iste nobilis gruis colum sibi dari optavit, ut sic ingestorum contactu quam diutissim*e* delectatur, quo ipso ostendebat, non in lingua & palato Voluptatem alimenti primariam secundum sapore*s* esse positam, sed in oesophago, qualitatis utilis beneficio.

X II. Quocirca hec, de qua jam agimus, virtus maxim*e* circa voluptates tactu perceptas occupatur. Hic enim sensus cum sit homini cum bruis communissimus, quo delectari interdum per se possint, in eius certe voluptate utputa communissima & maxim*e* principe, qua*q*, afficiuntur, non quatenus homines sumus, sed quatenus animalia, summa Temperantia & Intemperantia versantur.

X III. Sed tamen & hic excipienda quedam sunt voluptates tactus, quae reprehendi non possunt, utputa que obscenitate carent, & alius finis gratia potius, quam illius sensus oblectationis causa sunt, qua*q*, ex corporis cura gymna*s*tica, ut ex lacertorum, scapularum, cruriumque unctionibus, frictionibus, calefactionibus, a veteribus propter corporum expeditiorem in certaminibus motionem instituit, item que ex lotione calida, natatione frigida, sudatione, &c. sanitatis conservanda studio concessis percipiuntur.

X IV. Cum enim finis norma quedam sit & regula της προξεσω*s* & actionum, non possunt turpes aut illiberales haberi ea voluptates, que boni alicuius causa expetuntur, atque ita immoderatio eorum ad summam Intemperantiam, de qua hic agimus, non est referrenda.

X V. Reliquum igitur, quod Temperantia circa eas duntaxat, quas tactu duarum corporis partium, nemper verendorum & gula, atque id ex alimentis & re venerea percipiuntur, versetur. Sunt enim illa nobis cum ceteris animalibus communissimae, quare & απόποδω*s* ιοντις θεού à philosopho recte dicuntur, atque ob id habent aliquo vel moderanda vel coercenda sunt.

XVI. Et licet jam satis liquidū confestet, Temperantiam circa voluptates potissimum ex tactu duarum corporis partium profluentes occupari: Cum tamen earum voluptatum cupiditates seu  $\epsilon\pi i\delta v\mu\alpha i$  non sint uniformes, sed quadam sunt  $\kappa\omega\tau i$  communes, quedam  $\tau\delta\tau o i$  nota  $\tau\pi i\delta e$  sol seu aseitiae, circa eas non eodem modo se habebit Temperantia.

XVII. Communes autem seu naturales sunt, quibus natura-liter non solum homo, sed omne animal afficitur, queq; naturā homini sunt insita ad conservationem suipius cum in individuo, ut cibi & potius, cum in specie, ut veneris cupiditates.

XVIII. Propria seu accessitae sunt, que non à natura, sed ex quadam consuetudine, aut prava affectione, aut propria voluntate existunt, qualis est huius vel illius cibi aut potius; huius vel illius Thaidis cupiditas, & præter naturam communem homini superaddita videntur, atq; ob id  $\epsilon\pi i\delta e$  vocantur, licet earum quedam  $\phi u\tau i\kappa\delta v$  ti naturale aliquid insim habeant, quod circa caseum, butyrum, vinum, & alia in quibusdam hominibus coniungere videmus.

XIX. Circa naturales igitur sive communes voluptates pauci delinquunt, & uno tantum modo, nempe in eo quod est nimium, sive in excessu, quemadmodum  $\gamma\alpha\sigma\pi\alpha\gamma\gamma\alpha\gamma$  quasi  $\pi\epsilon\gamma i$   $\tau\lambda\omega$   $\gamma\alpha\sigma\pi\alpha$   $\pi\epsilon\gamma\gamma\alpha$ , ventrem supra modum cibo repletos, quiq; bellucae & comedones propriæ nuncupantur, suntq; verè  $\tau\alpha\delta\gamma\alpha\tau\delta\omega\delta\epsilon i$ , serviliis ingenij, & ventris mancipia. Ac deinde etiam in hoc numero recensentur libidinosi  $\kappa\alpha\tau\epsilon\gamma\alpha\kappa\beta$ , qui in quodvis obvium sine discrimine feruntur, quos hominis nomine prorsus indignos judico.

XX. Circa proprias vero cupiditates multifariam delinquitur ab hominibus delicatis & intemperantibus. Aut enim delectantur earum rerum fruitione, quarum voluptate eos non oportebat affici, aut modò inconveniente, aut, si forsitan aliquarum desiderio obsequi honestus sit, immoderatus tamen eidem indulgent, vel etiam tempore vel loco alieno, aut vulgi more sequuntur eiusmodi voluptates &c. Cum igitur ita multipliciter peccetur circa has proprias voluptates, in ijs utiq; moderandis & coercendis Temperantia munus propriè consistit.

XXI. Sed hic oritur questio: Cum voluptati opponatur dolor,

lor, ideoq; Temperantia ut in voluptatibus, sic etiam in doloribus, licet in  
bis minus propriè & per accidens tantum, in illis verò propriè & per se,  
verti videatur; an non idem sit obiectum Fortitudinis & Temperantie.  
Cui respondentes fortem & temperantem in doloribus versari, sed di-  
versa ratione, asserimus. Namq; vir fortis circa res præsentes, qua  
dolorem adferunt; Temperans circa res absentes, qua voluptatem in-  
gerunt, & ille per se, hic verò per accidens, ut jam dicebatur, circa do-  
lores occupatur.

**XIIII.** Porro cum differentiam definitionis Temperantie  
hanc viderimus, ut ipsum quoq; genus, quod est μεσότης, explicemus,  
eius extrema sunt primum consideranda. Moderatio enim intelligi-  
nequit, nisi immoderatio quoq; intelligatur.

**XVIII.** Extrema autem temperantie sunt duo, quorum u-  
num consideratur in excessu, & Intemperantia, græcis ἀκολασία voca-  
tur, alterum consideratur in defectu, & nominatur improposito vocabulo  
ἀναλογία seu sensum stupor.

**XIV.** Intemperantia sive ἀκολασία est vitium, quo citra  
delectum quavis voluptates, & inter has maximè turpes & illicita tam  
absentes, quam præsentes nulla habita ratione honestatis immoderatè  
expetuntur.

**XV.** Intemperans enim modum transit in omnibus, nec se  
respicit, sed voluptates in honestas tanto furore amplectitur, ut ab illis a-  
gatur & feratur quoquo versus, omnemq; honestatem ijs postponat, do-  
leatq; supra modum, si quando voluptates non assequitur, quas sperabat,  
vel tam citè, quam eis expetit, earum compos fieri nequit, cum ipsum de-  
siderium propter absentiam rei desiderata ipsi molestiam creet ma-  
ximam.

**XVI.** Est autem vocabulum ἀκολασίæ translatum à  
pueris male educatis, quorum petulantia nondum est castigata, domita  
& repressa, à particula privativa a, & à verbo κολάω, quod signifi-  
cat punio, coercito, prohibeo: in dē ἀκολασθαι, non punitus, effrenis &  
indomitus, & ἀκολασία ritum eorum, quorum cupiditates & inor-

dinari affectus nondum sunt domiti , sed ultra modum , nulla habita ratione honestatis ad quævis obvia feruntur.

X X V I I . Averroës vero seu stupiditas est vitium , quo nimis superstitione omnes voluptates tam honestas quam turpes , tam salubres quam noxie , negliguntur , vel , Cicerone finiente , est immanitas quadam in affernandis omnibus etiam necessarijs & honestis voluntatibus .

X X V I I I . Hoc vitium quia à natura hominis maximè alienum est , raro reperiuntur , ut ob id proprio etiam nomine careat . Cui enim nihil est jucundum , quicq; nullam differentiam statuit inter jucundum & triste , is ab humanitate remotissimus est , imo etiam à natura animalis maximè recedit . Namq; animali propriè convenit rerum tristum & jucundarum sensum habere , ad conservationem individui per alimenta , & ad propagationem speciei per venerea . Hinc & valet quantum sensu carere dicitur , & ad inanimateorum naturam proximè accedit , saxonq; ferè similis est & truncus .

X X I X . Σωφρωп autem seu σωφροσύνη , quæ dicitur , quasi σωβετα τλιп φρόντισμ , quia mens sana & sobria ac prudens non nisi in corpore sano , sobrio & puro esse potest , in dictis voluptatibus seu cupiditatibus μέτωп mediocriter & moderate est affecta , & voluptates in alimentorum perceptione & re venerea , ubi , quando , & quomodo oportet , seu , ut recta ratio prescribit , ad corporis conservationem , & speciei propagationem appetit .

X X X . Temperans enim cum in absenium voluptatum expectatione , tum in praesentium fruitione , moderate se habet , necessarijs seu naturalibus & licitis ita fructus , ut dignitatis sua , temporis , loci , & hisce similium rationem habeat , nec valetudinem & corporis vires ladaat aut debilitet , nec rei familiari dampnum aliquod adserat : turpibus vero & in honestis non tantum non gaudet , verum etiam offenditur .

X X X I . Exposita jam definitione Temperantie , duas adhuc questiones , quæ ex precedentiis emergunt , ad Intemperantis naturam & nomen pertinentes restant explicande .

32. Prima

**X X X I I.** Prima est, utrum Timiditas an Intemperantia magis sit voluntaria, seu utrum Intemperans magis sponte agat, quam Timidus. Sed cum voluptas naturae plausibilis appareat, dolor vero eisdem contrarius sit, quia φθίζει Κέρασος τὸν τὸν ξεχωτό φύγει; Et hic vehementius cogat hominis voluntatem ad meritis horrem, quam voluptas, qua ut naturae conveniens, ita quoque voluntatem relinquat liberam, videatur Intemperantia magis esse voluntaria, atque ob id etiam ἐπονεῖσθαι τοις & magis reprehendenda, quam Timidas.

**X X X I I I.** Huc accedit, cum timiditas contrahatur non tantum ex dolore & moris metu, sed etiam eiusmodi in casibus, ubi virtuti, qua in doloribus ob pericula bellica oboris moderationem servat, assuescere & difficilius sit & periculosum, contra verò Intemperantia ex voluptate suscipiatur, & in ijs rebus, in quibus virtuti, hoc est, temperantiae assuescere & periculo caret, & quia frequentiores in vita quotidiana sunt voluptates, nobisque magis note quam dolores, facile est, constat, quibz Intemperantia ut deterior ita magis etiam voluntaria sit, nullum videtur esse dubium.

**X X X I V.** Sed hec in genere de utroq; vizio accipias oportet. Nam si utriusq; non tantum habitum, sed etiam actiones consideres, Timiditas quidem secundum has seu ταῦ ἔκαστο minus est spontanea, quam secundum habitum seu ταῦ ὄλορ considerata, quandoquidem habitus ἀλυτός est, cum τὰ φθεγξά, qua dolorem excitant, actu non adsint, ac proinde imaginatione duntaxat, non sensu moveant, actiones vero dolorem habent juncitum, cuius praesentia sensus contristatur, ut ita ob mali fugam arma abiçere, turpiter ex acie fugere, hosti supplex fieri eligat. At Intemperantia secundum habitum minus, secundum actiones vero considerata magis est voluntaria. Etenim Intemperans non tam habitum ipsum, utputa qui per se voluptatem non habet juncitum, quam actionem, hoc est, venere uti, belluari, obsonari, utputa que voluptatem habent affectum, concupiscit & appetit.

**X X X V.** Altera questio est, quam etiam paulo ante attigimus, de nomine scilicet ἀνονασίας. Cum enim illud ὄμωνυμον sit, siq; tam adultiorum quam puerorum erratis convenire videatur, & de ha-

d e habitu vitioso in adulioribus , qui suis cupiditatibus sive in alimentis ,  
sive in rebus venereis , imperare nequeunt , atq; etiam de appetitu puerorum , qui ex solo affectu instar brutorum vivunt , prædicetur , propterea in  
dubium vocari potest primum homonymia huius derivatio , ac deinde  
eius ratio .

X X X V I . Ad derivationem quod atinet , Appetitusne ille  
pravus ab habitu vitioso , quem diximus , an verò hic ab illo denomina-  
tionem traxerit , questionis est . Sed cum posterius à priore nomen mu-  
tuasse credibile sit , & Appetitus ille qui in pueris est , à natura omnibus  
animalibus insitus , prior sit tempore , & veluti basis subiecta habitui , quā  
longo usu & assuetatione comparatus tempore posterior est ; Idcirco  
εκολασία de puerili ingluvie primum & propriè , ac deinde de adulto-  
rum Intemperantia impropiè & per Metaphoram nuncupata fuisse  
videtur .

X X X V I I . Rationem verò huius homonymie hanc esse con-  
stat , quod non fortuita sit , sed cum consilio . Quemadmodum enim  
εκολασία in pueris dicitur , quasi castigatio , qua adhibenda fuerat , in  
ījs neglecta esse videatur : Ita quoq; εκολασία in adulis est , quando  
cupiditas in homine Intemperante non punitur , neq; illi obedit , sed fer-  
tur equis auriga , nec audit currus habenas .

X X X V I I I . Cum igitur cupiditas turpia appetat , ut videre  
est in pueris , qui πάρει potius quam λόγω vivunt , & nisi rationis  
quasi cancellis coarctetur , serpar & grassetur latius , adeo , ut si major fias  
ac vehementius , ipsam quoq; mentem ac rationem de sua sede deturbet ,  
ob id principio obstandum erit , & opera danda , ut cupiditates à recta  
ratione castigentur & coercantur . Atq; hoc est , quod εὐτελεῖς η  
κενολασμένοις h. e. obediens & castigatum nuncupamus . Ut enim  
puer paedagogo parere , & ab eodem castigari : Ita quoq; τὸ ἐπιδυ-  
ματικὸν rationi tanquam regina & moderatrici obediare debet .

X X X I X . Quocirca ( ut tandem , quae in viro Temperante  
requiruntur , quasi in typo describamus ) oportet cupiditatem temperan-  
tis cum recta ratione convenire . Viriusq; enim idem finis est , ea-  
demq; circumstantiae , quandoquidem honestatis causa temperantia  
ratio

ratio appetitum refranat ; appetitus rationi paret : & appetitus Temperantia, que oportet, omnia, & quemadmodum & quo tempore oportet, appetit & persequitur, recte rationis ductum securus; recta ratio vero que, quomodo, quo tempore, &c. appetenda sint, erudit & prescribit, ut ita inter rationem & appetitum optima sit harmonia. Et tantum etiam de Temperantia.

---

ZENITHIUM ATQ.

Cum Aristoteles in initio cap. 13. lib. 3. affirmet, Temperantiam & fortitudinem esse virtutes earum partium animae, quae sunt rationis expertes, queritur: an quædam facultas animæ humanæ sit ἔλογος & irrationalis?

An feræ etiam dici possint Temperantes & Intemperantes?

---

Ad studiosos Temperantiae.

Dulce Voluptatis quisquis uitare venenum  
Pulsâ desidii sedulitate cupis:  
Virginitatis amans sis; Sobrius; inde Pudicus;  
Castus; & Abstineas: atq; ita tutus eris.  
At ubi consilium tibi displicet: Euge Voluptas  
Vultu; Veste; vafra fallere Voce valeat;  
Mollitieq; animi; gratoq; Sapore: Sed illo  
Linguam; Mollitie decipiit ista Cutem;  
Aures voce vafra; compto bene Lumina Vultu;  
Nares fragranti ueste dolosa caput.

iVoluptas cō  
raria Tem-  
perantiae.  
Species Tē-  
perantiae.  
Objecta  
sensuum.  
Organæ  
sensuum.

Ioachimus Everhardus Ribnitzen. Notarius.









d e habitu vitiōso in adulūtorib[us], qui suis cupiditatibus sive in alimentis,  
sive in rebus venereis, imperare nequeunt, atq[ue] etiam de appetitu puerorum,  
qui ex solo affectu instar brutorum vivunt, predictetur, propterea in  
dubium vocari potest primum homonymia huius derivatio, ac deinde  
cuius ratio.

XXXVI. Ad derivationem quod attinet, Appetitusne ille  
us ab habitu vitiōso, quem diximus, an verd hic ab illo denomina-  
traxerit, questionis est. Sed cum posterius à priore nomen mu-  
tabile sit, & Appetitus ille qui in pueris est, à natura omnibus  
pueris, prior sit tempore, & veluti basis subjecta habitui, quā  
suefactione comparatus tempore posterior est; Idcirco  
rili ingluvie primum & propriè, ac deinde de adulto-  
impropriè & per Metaphoram nuncupata fuisse

ionem verd huius homonymia hanc esse con-  
stat, quā & κολασία sed cum consilio. Quemadmodum enim  
κολασία castigatio, quā adhibenda fuerat, in  
ipsis neglecta est, & κολασία in adulis est, quando  
cupiditas in hominibus nuntur, neq[ue] illi obedit, sed fer-  
tur equis auriga, neq[ue]

XXXVIII. turpia appetat, ut videre  
est in pueris, qui πάθει  
quasi cancellis coartetur, se-  
ac vehementior, ipsam quoq[ue] m-  
ob id principio obstandum erit, &  
ratione castigentur & coerceantur.  
κενολαστρενόν b. e. obediens & casti-  
puer pedagogo parere, & ab eodem casti-  
μητικόν rationi tanquam regina & moderna-

XXXIX. Quocirca (ut tandem, qua-  
requiruntur, quasi in typo describamus) oportet cupi-  
tis cum recta ratione convenire. Viriung[ue] enim iā  
demq[ue] circumstantia, quandoquidem honestatis causa

